



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Archidiaconi, Decani, & alii inferiores visitare possunt, item &
capitulum, & quibus conditionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

delegato, si constet, quod proximior existat, alioquin ab eo, qui semel in concilio Provinciali à Prælato loci illius electus fuerit. *cap. 9. de reform. sess. 24.* poteritque Episcopus vicinior, in visitatione eius, qui est nullius diœcesis, illum, si non residet, vel si indiscretas licentias non residendi suis subditis concesserit, monere, ut plebem sibi commissam vnus quisque salutariis verbis pascat. *cap. 2. vers. id vero sess. 5. de reform.* & congreg. conc. *super eod. cap. 9. in ver. ecclesiam est proximior.* & *super dic. cap. 2. sub tit. Marsican.* Licetque Episcopo in actu visitationis ecclesiæ exemptæ, exquirere ab illius ecclesiæ clericis, titulos beneficiorum, & dimissorialium, quarum virtute fuerint ordinati, nisi aliàs in visitatione idem Episcopus exquisiverit, & viderit ut per eandem congreg. conc. *super eod. cap. 3. de reform. sess. 24. in ver. congregatio censuit licuisse Archiepiscopo.*

29 Inferiores † autem, ut Archidiaconi, Decani, & alii in iis ecclesiis, in quibus hætenus visitationem exercere legitime consueverunt, debent assumpto notario de consensu Episcopi per seipso tantum ibidem visitare, visitatores etiam à capitulo deputandi, ubi capitolium jus visitandi habet, prius ab Episcopis sunt approbandi, nec ideo Episcopus, vel eo impedito ejus visitator, easdem ecclesias seorsum ab his visitare prohibetur, & ipsi Archidiaconi, alique inferiores visitationis factæ intra mentem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere tenentur, quæcunque consuetudine, etiam immemorabilia, atque exemptionibus, & privilegiis quibuscunque non obstant. conc. Trid. *cap. 2. s. Archidiaconi autem sess. 24. de re-*

form. & potest Episcopus præstitueret terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit ecclesiis, quas visitaverit. congreg. conc. *super eod. c. 3. s. an Episcopus.* Quiverò deputati sunt visitatores à capitulo, sunt ab Ordinariis approbandi, etiam ubi soli capitulo absque Episcopo competit facultas visitandi. congreg. ejusdem conc. *super. eo. cap. 3. s. an vero visitatores, & ibi sub. tit. Salamanin.*

30 Visitare † possunt Episcopi etiam auctoritate Apostolica capitula cathedralium, & aliarum majorum ecclesiarum, illarumque personas, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordis, quæ tantum suos obligant auctores, non autem successores, non obstantibus per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones toties, quoties opus fuerit, ac corrigere, & emendare. conc. Trid. *in c. 4. sess. 6. in prin. & post med. sess. 25. de reform.* & qui vult visitare, ex dispositione dicti *cap. 4.* debet id personaliter agere: si vero ex alis decretis concilii, potest Episcopus id facere per suum Vicarium, vel visitatorem, dummodo sit ipse legitime impeditus, etiam si de visitandis exemptis ageretur. quia *dic. c. 4.* tollit exemptiones. congreg. conc. *super eod. c. 4. s. qui visitare.* eique nulla consuetudo, aut privilegium obstat, *ut ibi super eod. cap. in prin. & decretum dicti cap. 4.* non solum comprehendit capitula exempta, sed etiam omnia alia prætendentia, se posse tueri adversus visitationem, siue vigore consuetudinum, siue sententiarum, siue juramentorum, siue